Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

quere seruum tuum quia mandata tua non sum oblitus. Gla. ℟.
Te semper deum et vnde intelligere potuimus. ℟. Alla alla alla alla alla alla alla. Capitulum.
Gracia tibi et pax a deo patre nostro. qui est et qui erat et qui venturus est. Domine. Clamauit in toto corde meo. Exaudi me domine. ℣. Iustificationes tuas requiam. Exaudi me. ℣. Ab occultis meis munda me. Clamauit. Oratio.
Oratorem domine cordis nostri in tua pietate illuminare et illuminata dignetur. Per. Piaetis diebus. ℟. Miserere mihi et miserere mei domine. Capitulum.
Emitte enim eius gaudio magno. gloriificate et portate deum in corde et corpore vestro. Domine. Redime me domine et miserere mei. ℣. Pes enim meus stetit in via recta in ecclesiis benedicam te domine. Et miserere. ℣. Ab occultis meis. Oratio.
Domine ihesu xpe qui hora nona diuinum cum patibulo confitentem latronem inter amenia paradisi transtulisti. te supplices deprecamur. confitentes peccata nostra. ut post obitum nostrum paradysi nobis gaudia et cum gaudentes concedas. Qui.

Feria secunda ad vs. ℟. Iudicauit. Cxcviij

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inuenimus: et nomen domini inuocauimus. O domine liberam animam meam. iniquos dominus et iustus: et deus noster misericordiam. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam a morte: oculos meos a lacrimis. pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuorum. ℟.
Inclinauit dominus aurem suam mihi. ℟. Credidi. Cxcx
Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. pretiosa in conspectu domini mortes sanctorum eius. Domine quia ego sum seruus tuus. ego sum seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vinculum meum. tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui hierusalem. Gloria patri et. ℟.
Credidi propter quod locutus sum. ℟. Laudate dominum. Cxcxi
Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Gla. ℟.
Laudate dominum omnes gentes. ℟. Clamauit. Cxcxii
Ad dominum cum tribularer clamauit: et exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorum. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. habitauit cum habitantibus cedar: multum incolatus est anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. ℟.
Clamauit et exaudiuit me. ℟. Aut leuauit oculos in montes: vnde Cxcxiii